



Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XII. Monica rogat Episcopum, vt Augustino fidem Orthodoxam
suadeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

significari per narratum istud somnium, matrem in suam tractum iri sententiam; mox illa citra hæfitationem redarguit, inquiens, non sibi dictum esse, *Vbi ihe, ibi & tu; sed ubi tu, ibi & ille.* Cuius tam eximiae promissionis spe incensa, non destitit per nouem ferè deinceps annos, ingente planctu lacrymisque Deum interpellare: *Et intrabant (ait ille) in conspectum tuum Domine preces eius, & me tamen dimittebas adhuc volui & inuolui illâ caligine.*

C A P V T . X I .

*Monica roget Episcopum, ut Augustino fidem
Orthodoxam suadeat.*

His ut tenebris liberari posset, enixè Lib. I. Cō-
fess. c. 12. sollicita parens Episcopum quemdam SS. literarum valde peritum adiit, ab eoque magnis precibus efflagitauit, ut cum Augustino verbâ faceret, deuiantemque milere per errorum salebras, ad veritatis Catholicæ viam adducere dignaretur. Qui prudenter quidem abnuens pro tempore, respondit, eum adhuc indocilem, propterea quod nouitate heresis istius, animos inflatos haberet, quodque nonnullis questiunculis iam multos imperitos exagitasset, prout etiam eidem Episcopo Monica præsignificarat: sed, ilum, dixit, ibi ut sit, tute finito;

tantum-

tantummodò Deum pro eo rogaueris ; næ
ipse lectione plurium librorum , nefarij er-
roris impietatem deprehendet. Addidit
etiam se parvulum à seductâ matre suâ da-
tum fuisse Manichæis , & omnes pænè non
legisse tantùm , verùm etiam scriptitasse li-
bros eorum ; ac demum ab ijs se profugis-
se impostoribus , cùm nullo contrâ dispu-
tante vel conuincente sibi apparuisset ,
quàm esset illa secta fugienda . Quæ cùm
ille retulisset , nec illa tamen acquiesceret ,
sed vbertim flendo magis instaret , vt cum
Augustino dissereret ; ille iam substoma-
chás tædio , *Vade, inquit, à me, ita viuas: fieri*
enim non potest, ut filius istarū lacrymarum
pereat. Quod respōsum se accepisse dicebat
illa filio persæpè , familiariter loquens , ac si
diuinum oraculū auribus suis insonuisset .

Per idem tempus , annos videlicet no-
uem , ab ætatis suæ vndeuiigesimo , vsque
ad annum duodetrigesimum , seducebat
alios atque seducebatur , falsus ipse , nec
non alios fallens , per varias cupiditates : pa-
lām per doctrinas liberales ; occultè vero , falso
a nomine Religionis : hic superbus , ibi supersti-
tiosus , ubique vanus , ac popularis glorie
fectans inanitatem , vsque ad theatricos plau-
sus , & contentiosa certamina , & agonem co-
ronarum fænearum , & spectaculorum nugas ,
& in-

Lib. I. Cō-
fess. cap. x.

In diuer-
vitia pro-
labitur.

& intemperantiam libidinum. Quarum rerum & aliarum, quæ sunt ridiculæ prorsus, vanitate perspectâ, Deum deprædicat, cuius viñus ductu viam veritatis est ingressus, ad eumque se conuertens, *Quid, inquit, ego sum mihi sine te, nisi dux in præceps? aut quid sum, cùm mihi benè est, nisi fugens lacuum, aut fruens te cibo, qui non corrumpitur? Irrideant me arrogantes, & nondum salubriter prostrati, & elisi à te, Deus meus, ego tamen confiteor tibi dedecora mea in laude tuâ.*

CAPVT XIIII.

*Augustinus Faustum consulit. Alienatur
à Manichæis.*

HVNC igitur errorum labyrinthum Lib. 5. Cō-
peruagatus annos nouem, offendit fess. cap. 3.
Carthagine illius sectæ ducem Faustum & alijs.
nomine, quem audiūs expectauerat, quod
sperabat ab eo nodorum quorumdam difficilium, quos isti de vulgo Manichæi non
quiuerāt explicare, solutionem, & insignem
honestarum omnium doctrinarum peritiam:
quam paullò pōst sapientior flocci pen- Lib. 5. Cō-
dens, *Infelix, inquit, homo qui sciat illa oratione- fess. cap. 4.*
mia, te auiem nescit: *beatus autem qui te scit,*
etiam si illa nesciat. Qui vero & te & illa no-
uit, non propter illa beatior, sed propter te so-
lum